Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

factq; ē uespe ⁊ mane dies tertius. ℟ Plantauerat autem
dominus deus paradisum uoluptatis a principio. in quo posuit hominem quem formauerat. ℣ Produxitq; deus de humo omne lignum pulchrum uisu ⁊ ad
uescendum suauе. lignum etiam uite in medio paradisi. Inq. VII
Dixit autem deus. fiant luminaria in firmamento celi
⁊ diuidant diem ac noctem. ⁊ sint in signa ⁊ tempora ⁊
dies ⁊ annos. ut luceant in firmamento celi ⁊ illuminent
terram. ⁊ factum est ita. ℟ Dixit dominus deus. non est bonum hominem so
lum. faciamus ei adiutorium simile sibi. ℣ Hoc iam nunc erit os
ex ossibus meis. dicit dominus. Factum. VIII Accepit deus duo magna
luminaria. luminare maius ut esset diei. ⁊ luminare
minus ut preesset nocti. ⁊ stellas. ⁊ posuit eas in firmamento
celi. ut luceent super terram ⁊ presint diei ⁊ nocti.
⁊ diuidant lucem ac tenebras. ℟ Immisit dominus deus sopo
rem in adam ⁊ tulit unam de costis eius. ⁊ edificauit costam
quam tulerat de adam in mulierem ⁊ adduxit eam ad adam. et
ait. hoc nunc os ex ossibus meis ⁊ caro de carne mea. ⁊ voca
bitur mulier. ℣ Ait illis dominus parabolam hanc. Secundum marcum
Simile est regnum celorum homini patrifamilias. qui exiit primo
mane conducere operarios in uineam suam. ⁊ ℟. Omelia
Ia explanande sunt multa ad hoc iudicium. sed euangelium so
postulat quod uolo ut breuitate pertingam. ne nos
tediosa prolixitas ⁊ prolixa expositio uideatur onerare ℟